Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 268

, 165.

„mus Augustinus."

De Joanne Nervelin, qui floruit sec. de„cimo quinto agit Oefinger pag. 383. Sed minor nullam ab ipso mentionem fieri libri de instru„tione simplicium Sacerdotum, quem tamen a se compilatum eloquitur ipse Nervelinus.

4.

Thoma de Haselbach de tempore nuptiarum. fragmentum. Incipit: "Dubitatur quo tempore pbsunt et debent fieri nupcie". In fine ad„ditur: Hec Haselbach in sermone de nup„cijs" &c.

Thoma de Haselbach de tempore nuptiarum fragm.
243a

Cod. CCLXVIII.

Chartac: Fol: Sec: 13.

B
5. 1.

1.

Sermones festivales per circulum anni. Exordium primi de S. Andrea incipit: "Talam Assueri audebat nemo intrare" &c; Sermo ip„se:" De vocatione S. Andree transtulso modo vocandi."

Sermones festi„vales.
2a–154a

2.

Tractatus contra judæos, seu pharetra fi„dei. Hunc titulum præsenti disputationi imponit Placidus Braun in Notit. Codd. Mss. Vol. IV. p. 99. Præfatio incipit: "In disputa„cione judeorum nota triplicem cautelam." In fine præfationis hæc notatu digna legun„tur: " Iota scripta sunt de erroribus judæo„rum in thalamuth quos transtulit fr. theobal.

Tractat: contra judæos, sagitta„retra fidei.
157a–192b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 268

, 166.

(a) Est is Theobaldus de Saxonia praesens in Concil. Constant. qui libros scripsit: Talmut, seu objectiones contra judaeos.

dus Subprior ordinis praedicatorum (a) Opus ejusdem inchoatur: " Acuite sagittas implete pharetras! Res agitur ecclesiam inter et Synagogam. Folio adhuc primo illa ad hanc dicit: " Primo igitur tibi tuos errores de Thalamuth declarabo et eorum fallacias testimoniis veritatis extirpabo — Secundo tibi testimoniis legum et prophetarum aperiam vere fidei documenta, deinde tibi ad objectiones tuas per singula respondebo ". Haec apprime conveniunt cum opusculo cujus meminit Schelhornius in amoenit. litter. T. III. p. 147. ex Bibliot. Krafftiana, nempe: Errores Judaeorum extracti ex Talmud: Probationes Novi Test. ex V. T. per quas doctrina Talmud improbatur et dicitur liber contra errores Judaeorum &c. Id autem a me obtinere non possum; ut cum Fabricio: Bibl. med. & inf. lat. T. III. p. 246: Oudam, Schelhornium l. c. indicare voluisse Hieronymi ad Fidelibros duos contra Judaeos, qui habentur in Bibl. max. PP. Lugdun. Tom. XXVI. et a Ms. nostro toto coelo diversum. Monuisse quoque juvet, praesentem tractatum inter opera Raymundi et Petri Damiani frustra requiri. De eodem agit Nic. Anton. in Bibl. vet. Hispan. T. II. p. 267. et Quetif Script. Ord. Praed. T. I. p. 738. qui authorem Seculo 14 floruisse, Gallumque ex Ordine Praedicatorum fuisse suspicatur.

Vide Index, K. III. 8.

3.

Aristotelis liber de Secretis Secretorum ad Alexandrum M. per Joannem quendam filium Patricii a graeca lingua in chaldaeam translatus, et chaldaea in arabicam, postea per Philippum quendam clericum ex arabica in latinam: his verbis libri nostri meminit Michael Nean-

Aristotelis liber de Secretis Secretorum.

193a–226a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 268

, 167.

„der in Exotematis lingua Hebraicæ. p. 558. Opꝰ
hoc quanquam studium dudum explosit Picus
Mirandulanus, licet Ms: extet in Bibl: Vatic:
et Renati Moreau teste Labbeo p: 215. C. 7. et 14.
Operis in codice nostro conspectus est sequens:
Præcedit epistola dedicatoria Philippi ichtemp-
„tis latini ad Guidonem de Valencia Tripolita-
„num Antistitem hujus initii: „Dñō domino
„suo excellentissimo et in cultu Xtiane religi-
„onis strenuissimo Guidoni de Valencia Civi-
„tatis Tripolis gloriosso pontifici Philippus suo
„num minimus clericorum se ipsum et fide-
„le devocionis obsequium". Hanc excipit
Capitulorum elenchus; tum sequitur prooe-
„mium cujusdam doctoris commendans Ari-
„stotelem; tum epistola Alexandri ad Ari-
„stotelem, et hujus ad illum responsio; ex
„in Johannis Chaldaici, et Arabici translato-
„ris præfatio, demum ipse liber Aristotelis,
qui in hunc modum inchoatur: „Fili glorio-
„sissime imperator justissime confirmet te
„deus! Tractat autem primo de moribus, of-
„ficiis, et virtutibus, qua regem decent: de-
„inde de corporis custodia, de hora eligen-
„di in astronomia; alchymystica quædam,
et copiosius de sanitate tuenda: postea
de quatuor temporibus anni, de quatuor men-
„bris principalibus, de cognitione ciborum aqua-
„rum &c: de electione notarii, aliorumque
ministrorum, de forma præliandi, ultimo
de physiognomia. Vide Fabric: Bibl: Græc:
l: 3. C: 6: p. 164.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 268

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27620

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)